Contentus.

¶ Ponitur aliquando rictus, pro minaci habitu oris. Cic. Verr. 6. de Herculis statua, Usque eò judices: ut rictus ejus, ac mentum paulo sit atrocus. Dicimus & rictum in neutro genere. Lucr. lib. 5.

Irritata canum quum primū magna molossum

Mollia ricta frenunt duros nudantia dentes.

Cicero de signis, apud Non. c. 3. Ut rictum mentumque ejus paulo sit attritus.

¶ Aliquando accipitur pro rostro: unde nonnulli à Græcis deducunt volunt, apud quos πύρ, & rostrum dicitur. Verisimilius tamen est à Latino verbo ringo derivari.

Rictum, neutro genere pro rictus, ut mox supra.

Rinas naves. Gl. Isid. lege, carinas. Cerdas.

Ripa, Rype, V. E. in Iutia seu Cimbria, regni Daniæ provincia, sub A. Lundensi.

Ripa alta, ὄχθη ὑψηλή. Oppidum in Orientali parte Britanniæ, teste Ptol. lib. 2. c. 3.

Ripa Trausonis Ripa, V. E. Piceni sub A. Firmano.

Ripa, x, Crepido, sive labrum amnis, hoc est, terra extrema ora, quæ utrinque flumine alluitur, à rumpendo, ut rupa, sic rupe dicitur.

{ שְׁמַרְתָּה וְיַדְתָּה גְּדֹרָה גְּדֹרָה. GAL. Rivus, ri-
vage. ITAL. Riviera, riva. GER. Ein gestad eines fliessenden wassers. HISP. La ribera. ANG. A river bank. } Proprietà enim fluviorum & torrentium ripæ dicuntur, ut littora maris. Ovid. 1. Metam.

campisque recepti

Liberioris aqua pro ripa littora pulsant.

Cæs. 6. bell. Gall. Erat inter Labienū atq; hostem difficulti transitu flu-

men ripisq; præruptis, &c. invenitur tamen ripa de mari dici. Plin.

lib. 9. c. 15. de mari Pontico. Thynni dextra ripa intrant, læva exeunt.

Ripula, diminutivum. { ὄχθης. GAL. Petrite rivis. ITAL. Picciola riva.

GER. Ein gestadlin/flißpörlin. HISP. Pequena ribera. ANG. A little ri-

ver bank. } Cic. ad Attic. lib. 3. Et tamen hæc τοποχεφια ripula, vi-

deretur habitura celerem satietatem.

Riparius, a, um, ad ripam pertinens, in ripa habitans. { ὄχθης, παραχ-

τάμη. GAL. Qui se tient ès rivages. ITAL. Che habita à la riva. GER.

Das an dem gestad eines fliessenden wassers wohnet. HISP. Lo que esta en la ribera. ANG. That dwelleth by the bankes of rivers. } Plin. lib. 34.

c. 4. Riparia volucres. Idem lib. 30. Multo tamen efficacissime, ripariorum pulli: ita vocant in riparum cavis nidificantes.

Calepini Pars I I.

Riparienses, dicebantur milites qui in Imperij limitibus exercitabantur pro Republica adversus Barbaros, qui ceteriores Rheni, & Danubij tipas, ad compescendas Germanorum, vel Sarmatorum excursions infidebant. Horum meminit Justinianus C. de re militari. Riphæi montes, vide supra, inter ea quæ ad Rh., aspirato principium sumunt.

Riphæus, vide Rhipheus.

Riparius, ut, Riparius homo, Riparia regio, Est autem riparia regio, illa ad Ruram fluvium (à quo Ruremunda civitas nomencepit) qui inter Mosam & Rhenum medius currit.

Riscus, i. Cistula est, interprete Donato, pelle concreta: cui astipulatus Pollux, qui inter arculas memorat. Ulpianus in mundo mulieris ponit, l. 2. §. 4. de aur. & arg. πίστης. Servius vero ait esse fenestram patavam in patiete. Ter. in Eunuch. Abi cistellam domo effe cum monumentis. r. Ubi sita est? r. in risco.

Risus, Ris, vox Germanorum. Risios vocabant homines proceros ac robustos, qui filias & montes incolebant latrocinandi gratia.

Risus, us, vide Rideo.

Ritus, us, mos, & approbata consuetudo, quam omnes ratae habent. { בְּנֵי חֶקְרָה חֶקְרָה תְּרוּמָה תְּרוּמָה. GAL. Cou-
tume, sacon, maniere de faire accustomed. ITAL. Rito, costume, usanza. GER. Ein odentliche gewohnheit/ein breuchliche weis. HISP. La costum-
bre, modo ordenado de obrar. ANG. A manner, or custome. } Festus, Ritus mos est comprobatus in administrandis sacrificiis. Ovid. 2. Fast.

Hinc populi ritus edidicere novos.

Tacitus lib. 2. Nisi certam ante diem profanos ritus exiissent. ¶ Accipitur tamen etiam generalius (quod & Festus fatetur) pro quovis more, & quavis consuetudine. Cic. de Amic. De his qui pecudum ritu omnia ad voluptatem referunt. Plaut. Menach. sc. 4. a. 2. Ritu cantherino astans somniat. Legitur & ablatus rite, tanquam à nominativo rites, five ritus, Stat. lib. 11. Theb.

Hei mihi primitius armorum, & rite nefasto

Libatus.

In plur. Ablat. Ritibus. Liv. 4. d. 4.

Rite, ritu debito: recte & bene, teste Pompeio. { ριτός. GAL. Bien &

droitement, ainsi qu'il appartient. ITAL. Drittamente, come è conveniente. GERM. Ordentlich unnd wohl nach rechter weis. HISP. Bien y decentemente. ANG. Right and well. } Vario à ritu dictum putat, propterea quod quæ secundum ritum fiant, recta & rata sint. Cic. 2. de finib. Quæ potest appellari ritè sapientia. Liv. lib. 4. dec. 5. In monte sacrificio ritè perpetrato. Ovid. Eleg. 8. lib. 3. Trist.

Et quem sensisti ritè precare Deum.

Idem Eleg. 2. lib. 4.

Veneris

Purpureus populi ritus per ora tua.

Rito, facio habere ritum.

Ritualis, e, ad ritus pertinens.

Ritualis annus, qui in ritibus Ecclesiæ observatur, ut in diebus festis & eorum sanctis operationibus.

Ritualis libri, Heretorum libri erant, teste Fest. in quibus scriptum erat quo ritu urbes condantur, atæ, & désque sacrentur, curiae, tribus, & centuriæ distribuantur. Στρατοπέδη βίστια. Cic. 1. de divin. Quod Heretorum declarant, & aruspicii, & fulgurales, & rituales libri nostri etiam augurales.

Rivales, qui ejusdem mulieris amore tenentur. { αινεγαστ. GAL. Rivaux, qui aiment une mesme fille, ou en mesme lieu. ITAL. Rivali, inamorati d'una sola. GER. Mittbuler/zwoen oder mehr die alle vmb eine bulen. HISP. Comblecos, enamorados de una sola. ANG. They which love one woman. } Plaut. in Sticho. Eadem est amica ambobus, rivales sumus. Terent. in Eunuch. Militem ego rivalem recipiendum censco. Translatio sumpta est vel à bestiis quæ sicutientes, quum ex eodem rivulo haustum pertunt, prælium contra se invicem concitant: vel à rusticis, nam rivales dicuntur ij quorum agros rivus aliquis distinguit, qui incertitudine, & mutatione cræbra cursus lites sèpè inter eos suscitat. Ulpian. de aqua quotid. & stiv. l. 1. Rivales qui per eundem rivum aquam ducunt, inter quos sèpè contentio est de aquæ usu. Sine rivali diligere dicuntur ij qui stulte mirantur, quod nemus aliis concupiscat; sumpta allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alias nemo velit. Cic. ad Quint. Frat. lib. 3. O dij quam ineptus, quam se ipse amans sine rivali.

Rivalitas, atis, emulatio illa inter eos qui eandem amant. { ομοιότης. GAL. Rivales entre deux amants; envie, ou concurrence entre deux rivaux, ou pretendans une mesme chose. ITAL. Concorrentia d'inamorati. GER. Dereyfer vonnd keib so die mitbuler gegen ein ander tragen. HISP. Competicion de comblecos. ANG. Envie between two that loveth one woman. } Cic. in Tus. Obrectare vero alteri, aut illa vitiosa emulatione, quæ rivalitati similis est.

Rivalis, e, vide Rivas.

Rivi, seu Rivenx, Rieux, Rionx. V. E. Rivenensis, sub A. Tolosano.

Rivinus, Rivalis, αἰνεγαστ. Plaut. in Asin. Cedit noctem filius rivinus amens ob raptam mulierem.

Rivus. Aqua fluens, à fonte vel flumine, ducta. { οὐρανός πέλεγις. GAL. Ruisseau. ITAL. Rivo, riossofatto. GER. Ein bach/wasserlauf. HISP. El chorro d'rio pequeño. ANG. A river. } Cic. in Topic. Tanquam rivorum à fonte deductio Virg. 8. Eclog.

Propter aqua rivum viridi procumbit in ulva.

Horat. 3. Carm. Ode 16.

Purarius aqua sylvaque jugerum Paucorum.

Idem 2. Carm. Ode 3.

& obliquo laborat

Lympha siccax trepidare rivo.

Lapidosus rivus. Ovi. 3. Fa. Sanguinis rivos vomes. Virg. 11. Aeneid. Lacrymarum rivus. Ovid. 9. Metam. Hinc Derivo, as, & Corrivo, as, de quibus supra suis locis.

Rivulus, diminutivum, Parvus rivus. Ρίβατος. GAL. Ruisselet, petit ruisseau. ITAL. Ruisseau. GER. Ein bächlein. HISP. Chorro pequeño. ANG. A little river. } Cic. pro Cato. Ut rivulus accersitus, & ductus ab ipso

capit.

Hh 4

capite. Idem 1. Acad. Sed meos amicos in quibus est studium, in Graeciam mitto: id est, ad Graecos ire jubeo, ut ea à fontibus potius hauriant quam rivulos consequentur.

Rivalis, e, quod ex rivo est, sive quod in rivo nascitur. *τετραγύος*. GAL. De riuſſeu. ITAL. De riuſſello. GERM. Desi bachs / oder aus dem bach. HISP. Cosa de chorro. ANG. Of a river. } Colum. lib. 8. c. 15. Datur cammarus & rivalis alecula, vel si quasunt incrementi parvi fluorum animalia. ¶ Rivalis item, qui per eundem rivum aquam ducit cum alio, qui agros possidet propinquos rivo. ¶ Item qui eundem amoris velut rivum cum alio communem habet.

Rivalitas, affectio rivalium.

Rivatim, adverbium; Per rivos. Macrobius. *Satur. lib. 7. c. 12.* Quæ igitur ratio facit, ut rivatim aquæ de Ponto fluant.

Rixa, æ, Lis, contentio, pugna, à ringendo, ut quidam volunt: quod propriè est canum quando irritantur. { *כְּרָבֶת מִשְׁבָּחַ תְּצַוָּרָת* GAL. Riote, noise, estris, debat. ITAL. Rissa, discordia, contentione. GERM. Ein zanken/hader. HISP. La ranzilla, ò obra de risar. ANGL. Brauroling, chinding. } Cicero. in Virr. Ecce autem nova turba, atque rixa. Ovid. 3. de Arte,

Nec tua frangetur nocturna janua rixa.

Cic. ad Patrum, lib. 9. Etsi academæ nostra cum eo magna rixa est, Liv. 2. ab Urbe, Consulum intercursu rixa sedata est. In rixam ire. Quintil. Et Rixam dirimere. Plaut. *Ampb. c. 4. a. 4.*

Rixosus, a, um. Contentiosus, litigiosus. { *כְּרָבֶת יְרֵבֶת* GAL. Noiseux, riotous, querelleux. ITAL. Contentioso. GERM. Sanctisch/haderisch. HISP. Renzilloso ò rifardor. ANGL. That ever chideth and scoldeth. } Festus, Rictus, rixæ, rixosæ, ringitur, dici videntur quia in diversum rumpantur, contrariaque sint recto. Col. lib. 8. c. 2. Non rixosarum avium lanista, cuius plerumque, &c.

Rixator, is: Rixatores in plur. apud Quint. c. 1. lib. 11.

Rixor, aris. (quod & Varroni rixo. Ne familie rixent cum vicinis.) committo rixam, jurgor, contendio, litigo. { *כְּרָבֶת בְּצַעַן בְּשִׁבָּחַ* GAL. Rioter, estriver, noiser. ITAL. Contendere, mover rissa. GERM. Sancten/haderen. HISP. Reñir à risar. ANGL. Tho chide, to scold. } Cic. de Orat. Quum esset cum eo Tarracinae de amicula rixatus. Plin. lib. 16. cap. 2. Et ipsos inter se rixantes, &c. Rixantur herbe aridae. Varr. 1. de rerust. cap. 47. Aridae factæ herbe rixantur, ac celerius rumpuntur, quam sequuntur. ¶ Rixari de lana caprina. Horat. 1. Epist. 19.

Alter rixatur de lana sapè caprina.

Proverbiū est in eos qui de re nihil disceptant. Riza, radix, Tertull.

R O

Robeus, rubeus, hoc vide.

Röbigo, inis, sine Rubigo, Segetum morbus est, quem niellam vocant Galli, quo spicæ torrentur, friatilesque redduntur. { *רִירָה* hirkon. ier. 45. GAL. Niellure de bies, nisele. ITAL. Malaja che viene alle biave per troppo humore. GERM. Die röte des Korns/van die helm rot vnd flackchtig werden. HISP. El añublo, quando se añubla el pan. ANGL. Blasting or corne. } Virg. Georg.

ut mala culmos

Eset robigo.

¶ Fuit & ROBIGO, Dea quædam apud Romanos, quæ avertendæ rubiginis causa colebatur. Ovid. 4. Fast.

Flamen in antiqua lucum Robiginis ibat.

Röbigallia, sive Rubigalia, lium, sive rubigaliorum, dies festus erat, septimo Calendas Maias celebrari solitus, teste Festo, quo Robigo deo sacra siebant, ut robiginem, sive (ut hodie usitatiū loquimur) rubiginem à segetibus averteret. Est autem robigo, sive rubigo. ier. 45. Aristoteli, segetum morbus quem niellam vulgus Gallicorum appellat, qua spicæ aduruntur, proflusque redduntur friabiles. Varr. lib. 1. de re rust. c. 1. Quarto Robigum & Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta, atque arbores corrupti: neque non tempestivè florent. Itaque publicæ Robigo feriæ, & Robigalia: Flora ludi, Floralia instituti. Plin. lib. 18. c. 29. Tria tempora fructibus metuebant; propter quod instituerunt ferias, diésque festos, Rubigalia, Floralia, Vinatia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui undecimo, quæ nunc aguntur ad viij. Calend. Maij, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat.

Röbigus; Deus, qui avertendæ rubiginis causa colebatur, Gell. c. 12. lib. 5. Robigus accederet succidancis hostiis, de quo vide plura paulò ante in dictione Robigalia.

Röbür, sive robor, is, Propriè species est arboris glandiferae durissima. { *רִיבָּה* ebâb. ἄργια, ἀργία. GAL. Roure, cheſne. ITAL. Roure, querç. GER. Eychbaum. HISP. La enzina ò roble arbol. ANGL. An oke tree. } Plin. lib. 16. c. 2. Roborum vastitas intacta, & congenita mundo. Cic. 2. de divin. Itaque perfracto saxo sortes eruſſe in robore, insculptis priscarum literarum notis. Idem paulò post, Quis robur illud ecclidit, dolavit, inscripsit? Virg. 1. Georg.

grave robur aratri.

¶ Per translationē sumitur pro animi fortitudine. Cic. pro Fon. Equites tantum habuere animi, tantum roboris, &c. Idem de Orator. Virtutes quæ in animi, magnitudine & robore positæ sunt. Hinc Callut. Flaccus declam. 4. Robur Tullianum in carcere. Et Quint. Cùm robur aliquis in stylo fecerit. (i. stylu cōfirmari) Ovi. Eleg. 2. l. 5. Trist. Mens tamen agra jacet: nec tempore robora sumpfit.

¶ Capitur & pro corporis firmitate. { *כְּרָבֶת כְּבָרָה* gheburah pin chózek ḥókōn chózczkáh (vel) chézkáh *רִבָּה* ómets *רִיבָּה* amfah ier. 45. GAL. Force, ferme. ITAL. Fortezza, fermezza. GER. Stercke. HISP. Fuerça ò rezitura. ANGL. Force or strength. } Cicero. pro Rosc. Amer. Messala, qui si jam satis ætatis ac roboris haberet, ipse pro Sexto Roscio diceret. ¶ Demum omnium rerum firmitatem, duxit amque, robur dicimus, col. lib. 2. Quod protinus exile natum sit nunquam robur accipere manifestum est. Unde Servius dicit, Omne quod forte est, robur vocamus. Virg. lib. 7.

eternaque ferri

Robora.

¶ Robur item, teste Festo, in carcere dicitur is locus quo præcipitatur malefactorū genus: quod antea arcis robustis includebantur. Cic. pro Milone. Subito atrepti in questione, tamen separat à ceteris, & in arcas cōjiciuntur, ne quis cum his colloqui possit. Dicitur à Jureconsultis mala mansio, *τετραπόδιον ζύλον*. Robustum carcere dicit Plaut. in Curcul. At ego vos ambo in robusto carcere, ut pereatis, &c. Itē Liv. lib. 8. dec. 4. Apuleius in 2. Apolog. O subtilitas digna carcere, & robore. Ex arcis fontes interdū præcipitabantur & interficiebantur. Valer. Max. 1. 6. c. de sever. Quintiā familiates eorū, ne quis Reip. inimicis amicus esse veller, de robore præcipitati sunt. Lucr.

Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tada.

Ubi tamen pro fuste, lignoque, quo fontes tondebantur, fustuari accipiunt. A robore Codicem distinguunt, de quo suo loco.

Roboretum, quercretum *ἀρπάν*. Gloss. locus, ubi robora nascuntur.

Röbörēus, a, um, quod est ex materia roboris. { *רוּבֵּי*, *רוֹבֵּר*. GAL. De roure.

ITAL. Facto ò rovere. GER. Eychin/oder eychbeam. HISP. Cosa de roble. ANG. Of an oke. } Col. lib. 11. c. 1. Materics si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguem debet. Ovid. 5. Fast.

Tunc quoque priscorum virgo simu acra virorum

Mittere robore scirpea ponte solct.

Röbürnēus, adjективum, quod ex robore nascitur. { *רוּבֵּין*, *רוֹבֵּרְנֵין*. Colum. lib. 9. cap. 1. Nam ut graminibus, ita frugibus roburenis opus habent, id est, glandibus.

Röbüstēus, denominativum à robur. { *רוּבֵּסְטֵּן*, *רוֹבֵּרְסְטֵּן*. ut robusta materies, quæ ex robore facta erat ut esset durior. Varro lib. 1. de re rust. cap. 38. In eo, si in medio robusta aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.

Röbüstūs, a, um, quod est multi roboris { *רוּבֵּסְטּוֹרְגָּן* ghibbór pin chazák *רִבָּה* ammits. *רוּבֵּסְטּוֹרְגָּן*, *רוֹבֵּרְסְטּוֹרְגָּן*. GALL. Robuste, fort, ferme. ITAL. Robusto, forte. GER. Sterck das vill sterkē hatt. HISP. Fuerte ò rezio. ANG. That is very strong. } Col. lib. 2. Neque dubium est ex robusto semine possieri non robustum. Virg. 4. Eclog.

Robustus quoque jam tauris juga solvet Arator.

Cic 4. in Catil. Tertium genus est, ætate jam confectum, exercitatione robustum. Idem 5. Philipp. Omne malum nascens facile opprimitur. Inveteratus fit plerunque robustius. Idem 2. Philipp. Sed haec quo robustioris improbitatis sunt, omittamus.

Röbörō, as, Fortifico, firme, robur addo. { *רוּבֵּרְזֵקְרִין* pin chizzék pin hebetzik. *רוּבֵּרְזֵמְסְטּוֹרְגָּן* heemits my hechétz xpatimow, émitzueil. GAL. Roborer, affermir. ITAL. Fortificare, rinforzare. GER. Stercken / sterckend fressig machen HISP. Fortalecer, hazer fuerte. ANG. To mak strong, so fertifie. } Plin. lib. 10. cap. 31. Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant. Cic. 1. Officiorum, Catoni autem quum incredibilem tribuisset natura gravitatem, cámque ipse perpetua constantia roboravisset, sempérque in proposito, suscepitque consilio permanefset, mortiendum potius, quam tyranni vultus aspiciendus erat. Plin. lib. 11. cap. 51. Vox roboratur xiiii. annis: eadem in senecta exiliit.

¶ Hinc componitur Corroboro, de quo suprà suo loco.

Röbörariä, Scipio appellavit, quæ Varro Leporaria, scilicet Vitaria, hoc est ea septa quæ inclusas habent feras, ut cervos, apros, &c. Graci *μαρκάτος* appellant: à tabulis roboreis, quibus septa erant. Vnde Gell. lib. 1. c. 20. Varro. 1. c. 3.

Röbüs, i { *רוּבֵּי* adhóm. ieqəθ pós. } Apud veteres dicebatur rubus: & bovem robum idecirco rusticī vocabant. Unde & materia, quæ plurimas hujus coloris venas habet, dicta est robus: & homines valentes ac boni coloris, robusti. Hæc Festus. ¶ Robus etiam genus tritici, maximè laudabile (inquit Colum. lib. 2. c. 6.) quum & ponde- re, & nitore præstet.

Röbüstēus, Robustus, vide Robur.

Rocca, colus, Gl. g. b.

Rodaticus, vide Rotaticus.

Rodatus quidam amarus à Diis. Plutarch. in Num.

Rödo, is, rosi, rosum, propriè murium est, & similiū, qui dentibus ferè semper aliquid abrodunt. { *רוּבֵּדְלָה* achál. *רוּבֵּדְלָה*, *רוּבֵּדְלָה*. GALL. Roniger. ITAL. Rodere. GER. Ragen. HISP. Reer. ANGL. To gnaw. } Cicero. de druin. Quasi vero quicquam interficit, mures noctem & diem aliquid rodentes, scuta an eribra corrosent. Horat. 1. Serm. Satyr. 10.

— & in versu faciendo

Sape caput scaberet, vivos & roderet ungues.

¶ Per translationem quandoque pro Detraho sumitur, sive obreto. Cicero. pro Cor. Balbo. More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant. Flumina rodunt ripas. Lucr. lib. 5. Ferrum rodunt scabra rubigine. Ovid. 1. de Pont. Eleg. 1. Amicum absentem rodere. Horat. 1. Serm. Sat. 4. Dentem dente rodere, proverbium in illos qui carpunt eos qui pari sunt prædicti mordacitate: aut qui ledi non possunt, neque sentiunt. Martial. lib. 1. 3.

— quid dentem dente iuvabit

Rodere carne opus est si satur esse velis.

Rösiō, nis. { *רוּבֵּסְיָה*, *רוֹבֵּרְסְיָה*. GALL. Rongement, morsure. ITAL. Rodimento, roditura. GER. Das nagen/verseerung. HISP. Obra de roer. ANGL. To gnawing. } Plin. lib. 10. c. 21. Succus decoctæ nervis prodest, & reficit. & intestinorum rosinibus. Cels. lib. 5. c. 28. rosiō major.

Rodos, vide Rudus.

Roga, donativum, honorarium. Landulphus Sagax in Tiberio 11. Duxit Anastasiam uxorem suam, & coronavit eam Augustam, & jactavit rogam multam.

Rogalis, e, ad rogam pertinens. Ovid. 3. amor. Eb. 8.

Tene sacer vates flamma rapuere rogales?

Rogalia, dies, quibus rogæ ab Imperatore, & Patriarcha populo dabuntur.

Rogarius, bustarius, Gloss. Gr. *ὑποκράτης*. i. qui mortuos uit.

Rögo, as, Posco, peto, contendō, oro, precor. { *רוּבֵּגְהָן* schaal *רוּבֵּגְהָן* hekkesch nyu batah *רוּבֵּגְהָן* darásch *רוּבֵּגְהָן* hithpallé *רוּבֵּגְהָן* hekhehir *רוּבֵּגְהָן* bathar. ain'w. GAL. Prier, requerir, demandar, emprunter. ITAL. Demandare, cercare, pregare. GER. Bitten HISP. Rogar, preguntar, demandar. ANGL. To ask, to demande, or pray. } Plaut. Ant. sc. 2. a. 1. Quæ utenda

urenda vasa semper vicini rogant. Utendam rogare; vide Virg. Item Emere malo, quām rogare: vide Emo. Idem Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Nullus est tibi quem roges mutuum argentum. Gell. lib. 13. cap. 20. Crepidarium cultellum rogavit à crepidario furore. Plaut. Rnd. Intelligo: hanc quā proxima est, illam pulsare jussisti. Atque aquam rogare. Virg. lib. 7. Aeneid.

litūs que rogamus

Innocuum. & cunctis, undāmque aurāmque patentem.

Cic. i Ver. Rogare & orare, ne illos supplices al pernaret, quos me in columni nemini supplices esse oporteret. Idem in Verri. Profectō hinc natum est. Malo emere quām rogare. Cato c. 5. Duas aut tres familias habeat unde utenda roget, & quibus det. ¶ Aliquando ponitur pro interrogare, quātere. { *τίχαλις θαύλης ισχαράνης* } Cic. Attic. Roga ipsum quemadmodum Arimini ipsum acceperim. Ter. in Adelph. Nunc ubi me illic non videbit, jam hoc recurret. sat scio, Rogabit me ubi fuerim. Idem And. accedo ad pedissequas, Quā sit, rogo? sororem esse aiunt Chrysidis. Plaut. Curc. sc. 3. a. 5. Roga quod lubet. Idem Men. sc. 2. a. 4. Me rogas? pol haud rogem te, si sciām. Ibid. Quid dixisti uxori? Nescio. Eam ipius rogar. Ibid. sc. ult. a. 5. Vtque id quod rogarbo dicite, Idem Pseud. sc. 4. a. 2. Ecquid habet dulce rogar? Idem Men. sc. 5. a. 2. Quin ego rogem quod nesciam? &c. ¶ Pro orare. Ibid. sc. 5. a. 5. Roga pallam ut refertur. (id est, oro reddat.) Rogare Confusum jure non potest Prator, & de jure rogandi in auspiciis. Gell. c. 14. lib. 13. Item, Viros rogant: Legem, suffragia. Liv. lib. 3. 4. Et, Rogare aliquos in consilium (de Iudice) Gell. c. 2. lib. 14. ¶ Roger quis, elegans loquendi formula, pro eo quod minus ornata dicitur, Posset me aliquis interrogare: qua utimur quoties per antypophoram tacita objectioni volumus occurtere. Ter. in Eunuch. Roget quis, quid tibi cum illa? ¶ Rogare, de stipulatione etiam dicitur. Plaut. Ps. sc. 1. a. 1. Rogo me viginti minas: Dabo. Idem Men. sc. 5. a. 5. Agesis roga. (id est, stipulare.) E. Emptum, nisi quis meliorem &c. ¶ Rogare sacramento milites, hoc est, jure jurando eos adstringere. Liv. 5. bell. Maced. Ex Sicilia Hispaniam petentem, tempestate in Africam delatum, scribit vagos milites, de exercitu P. Africani sacramento rogasse. ¶ Rogare aliquem sententiam. Quint. lib. 6. c. 3. Post acceptam hæreditatem primus sententiam rogabatur. ¶ Rogare legem, id est statuere; *τέκνον μηδεπειρεῖν*. Solebat enim populus rogar, num eam legem ratam veller? Gell. lib. 1. Lex deinde Licinia rogata est. Cic. 2. Philip. Ego ad eum belli civilis causam attuli: ego leges perniciose rogavi. ¶ Composita sunt. Abrogo, arrogo, corrogo; derogo, erogo, irrogo, protogo, & subrogo, quorum significata vide suis locis.

Rogāns, tis, particip. { *τέκνον σχοέλης μετακέσχησθαι* } doresch ṣor u hōrger ṣor ṣor māhatbir ṣor ṣor mitpallēl. *doresch*, *arros*, *GAL*. Priant, requerant, suppliants. ITAL. Chi dimanda, & prega. GERM. Bittend. HISP. El que roga. ANGL. That asketh, or prayeth. Ovid. 2. Amor. Eleg. 3.

Molles in obsequium facilisque rogantibus es.

Idem in Epist. Medea.

En iterum scribo, mittōque rogantia verba.

Idem 1. de Arte,

Flectitur iratus voce rogante Deus.

Rögāndūs, a. um, denti, naugāvñēs, dñ̄ḡrōvñēs, dñ̄ḡrōvñēs. Ovid. Trist. Tunc quoque sollicita mente rogandas erit.

Rogātūs, a. um. { *τέκνον μετακέσχησθαι* } bukkāsch ṣor darēsch ṣor mitkēh. dr̄bēs, naugāvñēs. GAL. Prié. ITA. Pregato. GERM. Gebatten/ gebräget. HISP. Pregado, rogado. ANGL. Prayed. } Plin. lib. 7. c. 4. 8. Rogatus sententiam in consultatu. Ovid. 2. de Arte.

Rogātio, nis, verbale, actio rogantis; passio rogori. { *תְּלִאֵלָה שְׁכֵלָה בַּקְשָׁה* } bakkashah tephillah ṣor ṣor techinnah. dñ̄ois, ixtia. GAL. Priere. ITAL. Preghiera. GERM. Ein bitt/ oder frag. HISP. Ruego. ANGL. Praying. } Legis quoque rogatio dicitur, quoniam rogar populum magistratus solebat, an id placeret quod statuerant. *τέκνον*. Hinc etiam derogare legi, & abrogare legem dicimus; de quibus abunde suprà dictum. Rogationis autem nomine intelligitur lex nondum à populo jussa; səpē tamen pro lege jussa & à populo approbata sumitur. Rogationis autem hæc erant verba solemnia, Vellitissne jubeatisne, Quirites, ut hoc vel illud fiat. Vnde rogatio, quasi quādam interrogatio: Gell. c. 10. lib. 10. ubi docuit quid sit, lex plebiscitum, privilegium. Sed totius (inquit) hujus rei, jurisque, sive cùm populus, sive cùm plebs rogaratur, sive quod ad universos pertinet, caput ipsum, & origo, & quasi fons rogatio est. Sueton. in Casare cap. 2. Reditum in civitatem rogatione Plotia confecit, id est, lege à Plotia lata. ¶ Festus rogationem videtur accipere pro privilegio; cāmque ita distinguit à lege, quod hæc in omnibus & rebus & personis locum habeat; rogar, de uno, aut certè paucis feratur; neque ad res omnes pertineat. Verba ejus sunt hæc: Rogatio ea dicitur, quum populus consulitur de uno, pluribūsve hominibus, quod non ad omnes pertineat: & de una, pluribūsve rebus, de quibus non omnibus sanciatur. Nam quod in omnes homines, rēs populus scivit, lex appellatur. Itaque Gallus Aeneus ait, Inter legem & rogationem hoc interest: Rogatio est genus legis: quā lex est, non continuo ea rogatio est: non potest non esse lex, si modò justis comitiis rogata est. ¶ Ferre rogationem ad populum, Cæl. 3. bell. civil. Item prætoribus, Tribunis que plebis rogationes ad populum ferentibus, &c. ¶ Perferre rogationem, id est, legem perferrere. Cicer. ad Qu. Frat. lib. 2. Sed tamen suspicor per vim rogationem Caninium perlaturum. ¶ Accipere rogationem, id est, legem accipere, & approbare. Idem ad Attic. l. 1. Ut consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam, Liv. lib. 3. ab Verb. Omnes tribus eam rogationem acceperunt.

Rogatum, i. GAL. Priere. Ovid. 5. Fast.

Sit ego: sic nostris respondit diva rogatis.

Rogatarius, petitor. Gl. Isid. à rogaro, i. petendo. Onom. Rogatores. *τάταροι*. Gloss. Cyr. *τάταρος* mendicus. Sic GERM. bætlet/ à bæthen/ i. rogar, orare.

Rogātūs, us, ui, Actus rogarandi. { *תְּלִאֵלָה שְׁכֵלָה בַּקְשָׁה* }

Cic. i. de nat. deor. Nam quum feriis Latinis ad eum ipsius rogarū accessitūque venissem, offendi cum sedentem in exhedra.

Rogitatio: vide infra Rogito.

Rogatiuncula, diminutivum. { *τὸς δικαιάτος, ἡ τρυπὴ καὶ ὑπότικη δύνης* } GAL. Prite priere. ITA. Picciola preghiera. GERM. Ein bittel/ oder frägl. glin HISP. Pequeño ruego. ANG. A little praying. } Cic. pro domo sua, Éaque te ex una rogatiuncula fecisse.

Rogatōr, is, verbale, qui rogar. { *טְבָקֶשׁ מִתְבָּקֶשׁ לְמִתְבָּקֶשׁ מִתְבָּקֶשׁ* } iems. GAL. Qui prie, prieur, suppliant. ITAL. Chi prega. GER. Ein bittet oder bätter. HISP. Rogador, que ruega. ANG. He that prayeth, or asketh. } Cic. ad Attic. lib. 16. Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. Rogatores, Postulatores & Mendici, qui eleemosynam postulant. Plaut. Ut rogar ostiatim petam panem. Rogator comitiorum, qui in populum comitis rogat & cum populo agit. Cic. 1. de divin. Qui recentibus comitiis in Senatum introducti negaverunt justum comitorum rogatorem fuisse.

Rogito, as, frequentativum à rogo. { *ταῦλος δίνει ταῦλης, ταῦλα (vel) ταῦλος δίνει* } GAL. Prier instamment, requerir, demander. ITAL. Pre-gare, cercare, demandare. GERM. Bitteneins bittens/ empfig bitten oder fragen. HISP. Rogar, preguntar. ANGL. To pray, or ask often. } Plin. Patrem adit roga ut sui misereatur. Plaut. Curc. sc. 3. a. 1. Si amas eme: ne rogitas (utendam sup.). Idem Aul. sc. 5. a. 2. Venio ad macellum, ro-gito pisces: indicant caros. Ibid. sc. 3. a. 2. Quid tibi non tactio est? E. Etiam rogatas? Idem Milit. sc. 1. a. 1. Quid dixerunt tibi? A. Rogitabant; Hiccine Achilles est? Idem Afin. sc. 2. a. 2. Placidē unum quidque roga. Ibid. sc. 2. a. 3. Rogitas quod vis, &c. ¶ Aliquando ponitur pro iterum, atque iterum interrogatio, *ταῦλης*. Virg. 1. Aeneid.

Multa super Priamo rogitan, super Hættore multa.

¶ Hinc componitur Erogito, quod est interrogando extorqueo; de quo suo loco.

Rogitatio, verbale, Lex, plebiscitum. Plaut. in Curc. sc. 2. a. 3. Rogationes, plurimas propter vos populus scivit. Quas rogatas rumpitis. (id est, leges perrogatas & peccatas.)

Rogās, i, Strues lignorum ad cremanda cadavera; ita dictus, quod in eo dij manes rogentur. { *תְּלִאֵלָה מְדֻחָרָה* } medhurah. *rupa*. GAL. Vu bucher qu'on fait ancennement pour brûler les corps des morts. ITAL. Stipa di legno da bruciore i corpi morti anticamente. GERM. Ein holzbeugen/ oder holzhaussen schreyterbeugen auss werchen man bey den Heyden die abgestorben verbrant. HISP. La hoguera para quemar muertos. ANGL. A bone fire. } Plaut. in Menach. sc. 2. a. 1. Age sanè igitur, quando et quum oras, quām mox incendo rogam? Cic. 3. de fin. Nec si beatus unquam fuisse, beatam vitam usque ad illum à Cyro extractum rogam protulisset. Idem 1. de divin. Si quidem ad mortem proficisciens Calanus Indus, quum ascenderet in rogam ardente, O præclatum discellum, inquit, è vita, quum, ut Herculi contingit, mortali corpore cremato, in lucem animus excederit. Virg. 4. Aeneid.

Hoc rogas iste mihi, hoc ignes, areque parabant.

Ovid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Funeris ara mibi ferali cincta cupressu

Convenit: & struttis flamma parata rogi.

Item Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Sapè manus demens studius irata, sibique,

Misit in arsuros carmina nostra rogos.

Senec. cap. 3. de cons. ad Marc. Tot togis ardentibus per Italiam (in funere Drusi.) Idem cap. 1. de cons. ad Helviam. Quid quod novis verbis opus erat homini ad consolando suos ex ipso rogo caput alevanti. (id est, à recenti luctu resurgent.)

Rogālls, e, & *ταῦλης*, & *ταῦλης*, ut ignis rogalis. Stat. 1. Thib.

— hac ipse rogalis Fulgurat.

Ovid. 3. Amor. Eleg. 8.

Tēne sacer vates flamma rapuere rogaes.

Rōmā, pām. Vrbs Italiz, regina urbium. & torius propemodum orbis olim caput: de cuius origine, & nominis ratione non satis convenit inter scriptores. Vulgatissima tamen est opinio, à juventute Alba conditam fuisse, ducibus Romulo & Remo nepotibus Numitoris; atque à Romuli nomine Romam fuisse appellatam, non autem Romulam, ne nominis diminutio urbis majestati quippam detraheret. Alij multis ante Romulum seculis conditam volunt, primumque Valentiam appellatam; Romam autem dici cœpisse post Evandri & Aeneæ adventum, qui Latina voce in Græcam ejusdem significationis translata, *πόμπη* appellantur. Sunt præterea qui existiment Aeneæ neptem fuisse, & Ascanij filiam, nomine *πόμπη*, à tujs nomine urbi huic nomen fuerit impositum. Nec defunt qui Troia capta Achivos quosdam ea in loca venisse asserant, quumque in Palatino monte oppidum condidissent, à nobilis captivæ nomine *πόμπη* appellaſſe. Sunt & alia non pauca hac de re scriptorum opiniones; quas hīc brevitatis causa omittimus. Si quis tamen nosse cupiat, adeat Pompeium Festum de antiqua vocum significat, lib. 16. Id certe conſtat, à tenuissimis ortam fuisse principiis; primumque in Palatino monte conditam fuisse: sapientque deinde pomæria ejus fuisse prolata. Scribit enim Plin. 1. 3. c. 5. Vespafiani temporibus ambitum urbis fuisse XIIII. M. CC. passuum. Vopiscus autem tradit, Aurelium Imperatorem ambitum ejus ad triginta millia passuum ampliass. ¶ Roma unde dicta, Plutarch. Initio Romuli, quæ Quadrata Roma, vide Quadrata. A Roma fit gentile.

Romanus, *πόμπη*. ut Romani rerum domini, apud Virg. 1. Aeneid.

¶ Romanus vir quis sit, Senec. c. 1. de cons. ad Marc. docet his verbis: Qui velit scire quid sit vir Romanus, qui subactis iam cervicibus omnium, & ad Sejanianum jugum adactis, indomitus sit homo, ingenio, animo, manu liber, &c.

Rōmānūs, a. um, possessivum: ut, Arces Romanæ, apud Virg. 2. Georgi.

Ovid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Collaque Romana prabens animosa securi.

Tibull. lib. 4.

Te manet invictus Romano Marte Britannus;

Rōmānēsis, is, qua voce propriè significatur is qui alibi ortus Rōmā versatur; unde etiam Cato de re rust. Romanensem saltem appellat,

non Romæ factum, sed qui Romæ vendebatur.

Rōmānīcūs, a, um, adjectivum, *πανίκος*, denominativum à Roma deducum; ut, Aratra Romanica, id est, Romæ facta, Cato c. 135. Aratra in terram validam Romanica bona erunt, in terram pullam Campania juga Romanica optima erunt.

Romanent, vestis, quo fore clauduntur. L.g.b.

Roma nova, dicta est Constantinopolis; tanquam altera Roma, Imperatorum Orientalium sedes. Inde *Romania* vocatum imperium Orientale. Septem montes mitorum ambitu non minus claudit atque *verus Roma*. Bellon. *observ. lib. 1.c. 76.* de Constantinopoli.

Romandiola, exarchatus Ravennæ. Malè legunt *Romandiola* pro *Roconlia* *lib. 4 send. tit. 36.*

Rōmānā porta, in infimo clivo Victoria fuit, à Romulo primum instituta; gradib[us]que quibusdam in quadraturam formata. Appellata est autem Romana à Sabinis præcipue, quibus ea proximus aditus erat Roman. Hec *Festus*. Vulgo tamen, codem Festo referente, *Romanā* porta dicta est, ubi ex epistylo aqua defuebat, qui locus ab antiquis dictus est Ad statuas Cyncias, quod ibi olim fuerit sepulchrum ejus familiae.

Romania, Imperium Orientale. L.g.b.

Romanitas, Romanum imperium. Casaub.

Rōmānūlā porta, teste Varrone *lib. 4. de Ling. Lat.* in Palatino monte fuit, gradus habens in navalia, ad Volupiæ facillum.

Rōmīlā lex cavit, ne alij præter patres, & magistratus, sacra inirent, peragerentve, postea plebi quoque aditus ad sacra fuit: nam rogationibus tribunitiis, primum Sextia Licinia sancitum est, ut x. viri factorum, non ut antea omnes patricij, sed ex parte dimidia de plebe crearentur: deinde sequuta est Ogulnia; ut, cum quatuor Pontifices essent, sacerdotum numerum augeri, quatuor præterea Pontifices, quinque augures, de plebe omnes allegarentur, ut omnino octo i. pontificum, novem augurum numerus fieret.

Romula, Gallia olim Togatæ pars, hodie Romandiola, Romaniola.

Rōmūlūs, *πανίκος*. Romulus & Remus dicti à rum Lupæ. (i. à mamma.) Plutarch. in *Romul.* Romulus autem Martis (ut Romani credi voluerunt) ex Ilia filius, & nepos Numitoris, & frater Remi, eodem cum illo partu editus. Etat enim Numitor frater nomine Amulius, præferoci ingenio; qui non contentus fratri naru major imperium præcipuisse, ut posteritati quoque suæ tyrannidem constabiliret, prolem illius masculam interemis. Iliam quoque, ut spem omnem nepotum frat: i. eriperet, sub specie honoris virginem Vestalem legit, eoque modo perpetua virginitate damnavit. Ea tamen postea grava deprehēsa, gemellos, peperit; quos Amulius in Tiberim abiici jussit; matrem autē acutissima custodia asservari. Verū quum id temporis Tyberis extra ripas restagnasset, nec adiri usquam ad justi amnis cursum posset; qui mergendotum puerorum negotium suscepere, in proxima eos alluvie ubi postea tuminalis fucus fuit, expositos reliquit. Vbi à Faustulo regij pecoris magistro inventi sunt, & Laurentiæ uxori educandi traditi; quæ quod vulgato corpore quæstum faceret, ideoque lupa inter pastores vocaretur; factus est locus fabulæ, romulum & remum à lupa educatos fuisse. Hi postea quum adolevissent, de genere suo à Faustulo edocti, Amulium trucidant; avūmque Numitorum in regnum restituunt. Nec ita multo post collecta magna pastorum manu, urbem novam in Palatino monte, ubi educati fuerant, aedificant. Et quoniam fratres gemini erant, nec ætatis verecundia differentiam facere posset, orta inter eos contentione, ut et novæ urbi nomen daret, & conditam imperio regerer, placuit rem avium judicio permettere. Quinque Remo in Aventino vultures sex priores, Romulo autem in Palatino duodecim, sed posteriores apparuerint; illo tempore; hoc numero se potiorem esse afferente; exorta inter pastores primum altercatio est, quæ deinde ad manus pervenit. Ibi Remus in turba iactus cecidit. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos muros transiliisse: inde à Romulo, sive à Celere quodam, Romuli jussu fuisse interficatum. Solus itaque regno potitus Romulus, ut urbem incolis frequentiorem redderet, Aylum aperuit. Senatores centum quos ab honore Patres appellavit, conscripsit. Vicinis connubia negantibus, virgines quæ ad Consualium spectaculum convenerant, rapuit. Ceninenses bellum inferentes prælio vicit. Regisque obtruncato Iovi Feretrio opima spolia obtulit. Antemnates deinde, & Sabinos prælio superatos in civitatem recepit. Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes in equutus, urbem eodem impetu cepit. Veientibus post adversam pugnam pacem petentibus, centum annorum industrias concessit. Hisce rebus gestis, quum ad Capreæ paludem concionem haberet, ingenti coorta tempestate repente nusquam comparuit, Patrum (ut creditur) manibus disceptus. Fuit & Romulus quidam Grammaticus, qui Græcis scriptoribus qui in scholis docebant, sublati, Latina induxit. Hic ad centesimum usque annum vixisse traditur: interrogatisque quanam ratione vitam tandem propugnasset? Intus, inquit, vino, foris oleo.

Rōmūlūs, a, um, adjectivum; ut, Vrbe Romulea, apud Ovidium 15.

Metamorph.

Rōmūlūs, a, um: ut Tellus Romula. Virg. 6. *Aeneid.*

— nec Romula quondam

Vlo se tantum tellus jactavit alumno.

Rōmūlūs, a, um, ut, Tribus Romilia. Cic. de leg. Agrar. Respondit se à tribu Romilia initium facturum.

Rōmūlī dēs, dæ, *πανίκος*. idem quod Romanus, à Romulo primo urb's conditore. Persius. Satyr. 1.

— Ecce inter pocula querunt

Romulida saturi, quid dia poëmat a narrent.

Roncalia sive Rōcalizæ (verba sunt Cujacij) campi supra Padum non procul à Placentia, in quibus solebant olim Imperatores conventus agere solemnies. Abbas Vtspergensis: Romulizæ mos Longobardorum est justitiam suam requirere, & ab Imperatoribus recipere.

Rōnchūs, vide Rhonchus.

Rōs, roris, humor qui sereno tempore de cœlo fluit, serena nocte, neque gelo, neque ardoribus, neque ventis existentibus. { *πανίκος*.

GAL. Rosée. ITAL. Ruggiada. GERM. Das tauvo. HISp. El rocio. ANGL. The deroe. Aristot. lib. 1. Meteor. scribit, rorem fieri ex vaporatione modica, quum pluvia ex largo vapore progenetur. Apul. lib. 2. de Mundo. Ros nocturnus, humor quem serenitatis tenuitas spargit: Græcis dicitur *ρόση*. Virg. lib. 2. Georg.

Erigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Cic. 1. de divinat.

Quum primū gelidos rores Aurora remisit.

Ovid. 3. Metam.

Virgineos artus liquido persundere rore.

Virg. 8. Eclog.

Quum ros in tenera pecudi gratissimus herba est.

Plaut. Capt. sc. 1.4.1. Ros si non cadit, suo sibi succo vivant Cochlear.

Ita parasiti. ¶ Ros, pro rore marino, herba. Ovid. lib. 4. Fast.

Roralis, c. ad ros pertinens: aptus ad rorandum, id est, irrorandum. { *ρόση*. Ovid. Fast.

Virgaque rorales laurea misit aquas.

Roramenta auri, i. in auri ramenta. Lampridius in *Commodo* vocat auri radiamenta.

Rōrifér, a, um, { *ρόση*. GAL. Qui apporte la rosée. ITAL. Che apporte ruggiada. GERM. Das tauvo bringt. HISp. Lo que trae rocio. ANGL. That bringth deroe. } ut Aurora rorifera Seneca Hippol. Qua rorifera mulcens aura Zephyrus vernas evocat herbas. Biga Lusæ rorifera. Stat. 1. Theb.

Rorifera gelidum tenuaverat ætra biga.

Luer. lib 6.

Hinc ubi roriferis terram nox obruit umbris.

Rorifluus, a, um, rōrem fluens. In carmine Varroni Aracino attributo,

Quam nos rorifluam settimur carmine lunam.

Sic autem vocat, quod noctu ros decidat, quo tempore luna regnat.

Rorigenæ, rore geniti. Papias.

Rōrulēntūs, a, um, quod est plenum, rore. { *ρόση*, *μωλύδερος*. GAL. Couvert ou plein de rosée. ITAL. Ogni cosa piena di ruggiada. GERM. Tauvoig / ross tauro / nass von touro. HISp. Cosarociada ò llena de rocio. ANGL. Couered and full of deroe. } Col.lib. 5 Cavendum ne aut Septentrionalibus ventis, aut rorulentæ, sed sicca ferantur vites. Idem 1.2.2.c. 38. Rorulentæ bacca ne legantur cavendum.

Rōscidūs, a, um, quod est rore perfusum: unde Nox roscida dicitur, quæ rorē humecta est. { *ρόση*. GAL. Plein de rosée, mouillé de rosé. ITAL. In ruggiada. GERM. Voll tauvo / ness von tau. HISp. Cosarocida. ANGL. Sprinkled with dew. } Plin. lib. 18. Quidam pridie rigante prata: ubi sunt rigua, noctibus roscidis siccari melius. ¶ Similiter Mala roscida, quæ matutino rore humecta sunt. Virg. 8. Eclog.

Sepibus in nostris parvam te roscida mala

(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.

Aurora roscida, Ovid. ad Liviam. Gramina roscida. Claud. 2. de res. Preserpine, Mella roscida, Virg. 4. Eclog. Pruina roscida foliis excisa. Ovid. 5. Fast.

Rōrārīj, Levis armaturæ milites dicebantur, qui ante quam acies congregarentur, fundis & lapidibus pugnae præludebant. *γυνήτης*, *αγρόλιθος*. Rorarij dicti, teste Nonio, quod illi prælium, ut ros pluviam, antecederent. Idem & Ferentarij dicuntur, teste Festo. *Livius*, Nam & rorarij procurebant inter antepilanos. Hinc rorarium vinum dicebatur, teste eodem Festo, quod rorarii militibus dabatur.

Rorarius, a, um, ad rorarios pertinens. Fest. Rorarium vinum, quod rorariis dabatur.

Rostrastrum herba, bryonia alba.

Rōrō, rore aspergo: & per Synced. aspergo, ut rorare sanguine, lacrimis, cruento. Ovid. epist. 21.

Scribimus, & lacrymis oculi rorantur obortis, id est, rigantur.

¶ Est & Roto absolute rore distillo, & impersonaliter.

Rōrāt, verbum ex eorum genere, quæ Grammatici vocant verba exceptæ actionis, quemadmodum Pluit, & Ningit, per se sine nominativi adminiculo sensum explens: est enim rorat, idem quod ros decidit. { *ρόση*. GAL. Faire ou jeter rosée. ITAL. In ruggiada, bagnare. GERM. Es tauvoet / das tauvo fest. HISp. Rociar. ANGL. To drow or droppe deroe. } Col.lib. 1.1.cap. 3. Idibus Octobribus, & sequenti biduo interdum tempestas nonnunquam rorat. Ovid. 3. Fast.

Cum crocius rorare gens Tithonia conjux Cœperit.

¶ Per translationem accipitur pro guttatim distillare. { *ρόση*, *τάταρη*, *τάταρη*, *τάταρη*, *τάταρη*. Virg. 8. Eneid.

Raptabatque viri mendacis viscera, Tullus

Per sylvam sparsi rorabant sanguine vepres.

Ovid. 3. Metam.

Vndique dant saltus, multaque aspergine rorant:

Emerguntque iterum, redeuntque sub aquora rursus:

Inque chori ludunt speciem, &c.

¶ Si rorasset, Augusto longam terrâ marive profectionem ingrediente, latum ipse existimabat esse auspicium. Suet. in Aug. c. 92. ¶ Aliando admittit post se accusativum: ut, Rorare imbre. Plin. lib. 17.c. 10. Periculum tantum eo die est, si roraverit quando luncunque imbre. ¶ Roror passivum, pro roror, sive irrigor, aut madeo. Ovid. Epist. 21.

Scribimus & lacrymis oculi rorantur obortis.

Rōrāns, cis, participium. { *ρόση*, *ψικάζω*. GAL. Qui fait rosée. ITAL. Chi fa ruggiada. GERM. Tauvoend. HISp. El qui rocia. ANGL. Dropping lik, deroe or deving. } Virg. 3. Eneid.

Ter spumam elisam & rorantia vidimus astra.

Cic. de senect. Pocula, ut in Symposium Xenophontis minuta atque rorantia. Ovid. 4. Fast.

Littore siccabant rorantes nuda capillos.

Idem 5. Fast.

Spargit & ipse suos lauro rorante capillos.

Rōrātūs, a, um. { *ρόση*, *ψικάζω*, *ψικάζω*. GAL. Arrosé, & mouillé de rosée. ITAL. In ruggiada. GERM. Witt tauvo besprengt oder genetzt. HISp. Rociado. ANGL. Sprinkled roish deroe. } Ovid. 3. Fast.

Mollis erat tellus, rorata manu pruina.

Rōrātio,